Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



unigam que erat in sepulcro
dñi · sicut precepit ei · ingrega
ta multitudine ante petri
dixerunt eis · Audite rebelles et
incredili · Nunquid de petra hac
nobis aquam poterimus educere · Cui
et elevatis moyses manu ·
percutiens virga bis sylicem
egressae sunt aquae largissime ·
ita ut populus biberet et iumenta
Dixit dñs ad moysen et ad
aron · Quia non credidistis mihi
ut sanctificaretis me coram fi
lijs israel · non introducetis hoc
populos in terram quam dabo eis ·
Haec est aqua contradictionis
ubi murmuravit filij israel contra
dñm · et sanctificatus est in eis
GR. Judica domine nocentes me et ad
versans impugna me · apprehende arma
et scutum · et exurge in adiutorium mihi
V. Adhaesit anima mea post te · me suscepit dextera
tua · Gloria patri et filio et spiritui sancto · S.
Illo tempore · Venit ihs in civitatem
samarie que dicitur sichem · iuxta prediu quod dedit ia
cob ioseph filio suo · Erat autem ibi fons iacob · Ihs ergo
fatigatus ex itinere · sedebat sic super fontem · Hora erat
quasi sexta · Venit mulier de samaria
haurire aquam · Dixit ei ihs ·
Da mihi bibere · Discipuli enim
eius abierant in civitatem · ut cibos emerent · Dicit ergo ei mu
lier samaritana · Quomodo
tu iudeus cum sis bibere a me
poscis que sum mulier samari
tana · Non enim coutantur iudei
samaritanis · Respondit ihs · et
dixit ei · Si scires donum dei · et
quis est qui dicit tibi da mihi
bibere · tu forsan petisses abeo
et dedisset tibi aquam viuam · Dicit ei
mulier · Dñe · neque haurire
habes et puteus altus est
unde ergo habes aquam viuam ·
Numquid tu maior es patre nos
tro iacob qui dedit nobis puteum
istum · Et ipse bibit ex eo et filij
eius · et pecora eius · Respondit ihs
et dixit ei · Omnis qui bibit ex
aqua hac sitiet iterum · Qui autem
biberit ex aqua quam ego dabo ei
non sitiet in eternum · sed aqua quam
ego dabo ei · fiet in eo fons
aquae salientis in vitam eter
nam · Dicit ad eum mulier ·
Dñe da mihi hanc aquam
ut non sitiam · neque veniam
huc haurire · Dicit ei ihs ·
Vade voca virum tuum · et veni